



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Cyrilli Alexandrini Episcopi Scholion De Vnigeniti Incarnatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Quid est Christus? CAP. I.

CAP. IV. **C**HRISTI nomen, nec definitionis vim obrinet, nec cuiuspiam substantiæ, qualis sit, significat, sicut forte Homo, aut Equus, aut Bos; sed rei magis, quæ in aliquo agatur, habet significationem. Oleo namque ungebantur quidam superiorum, iuxta quod Deo tunc temporis placebat: & signum regni illius erat unctio. Ungebantur autem & prophetae sensibiliter Spiritu sancto, ut inde quoque nominarentur christi. Denique beatus Dauid psallit ex persona Dei, & ait: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Psal. 104. Ait autem & propheta Habacuc: *Existi in salutem populi tui, ut saluos facias christos tuos.* Habac. 3. In Christo autem omnium saluatore unctio- nem quidem factam esse dicimus: ceterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica; sed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicuius huiusmodi negotii, quale factum esse dicimus sub Cyro Persarum & Medorum rege: contra Babylonios enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Isa. 45. Dicitur enim: *Hac dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendit dexteram.* Atqui ille vir cum esset idolorum cultor, nominatus est christus, ideo quod quasi unctus est in regnum cælesti suffragio, & ordinatus est a Deo, ut Babylonem vehementer expugnaret. Illud autem magis de Christo. Quoniam enim propter Adæ prævaricationem regnauerat super omnes peccatum, & Spiritus ab humanitate discesserat, ob eamque causam in malis omnibus illa fuerat constituta; opus autem erat, ut rursus Dei misericordia in pristinum reuocata, Spiritum mereretur; homo factum est unigenitum Dei Verbum, & cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liber a peccato, ut & in ipso, & in eo solo innocentiae laudibus natura hominis coronata, Spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. Transit enim ad nos quoque gratia Rom. 5. * correpta a Christo, qui est in nobis primogenitus: idque nos docet Psal. 44. beatus Dauid, psallens ad Filium: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: ideo unxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae.* Unctus est igitur exemplo nostro Filius innocentiae laudibus, ut ante dixi, & in ipso natura hominis illustrata, & digna iam sortiri Spiritum sanctum non discessurum iam sicut antea, sed mansurum magis in ipsa. Ioan. 1. Ideoque scriptum est, quod descendit quidem in eum Spiritus, mansit autem super ipsum. Dicitur ergo christus Dei Verbum, quod propter nos nostri similis homo est factum, & in serui forma: & ungitur quidem humane secundum carnem, ungit autem diuine suos, eos nempe, qui in ipsum credunt.

Qualiter intelligi debet Emmanuel. CAP. II.

Hebr. 1. **E**MMANVEL nominatur Deus Verbum, quod Abrahæ semen apprehendit, & similiter ac nos participauit carni & sanguini.

* f. acce-
pta,
al. com-
pleta

ANNO
CHRISTI
431.

Interpretatur autem Emmanuel, *Nobiscum Deus*. Confitemur autem fuisse nobiscum Dei Verbum, non localiter (in quo enim loco non est Deus, qui implet omnia?) nec quod adesse nobis conspicitur auxilii ratione (dictum est enim hoc modo ad Iesum: *Et sicut eram cum Moysse,* Iosue 1. *ita ero & tecum*) sed quod factus est in nostris, id est, in humanitate, non derelicta natura sua. inconuertibile est enim natura Dei Verbum.

Ceterum quam ob causam, cum plene dicitur ad Iesum, quod Sicut eram cum Moysse, sic ero tecum, non est nominatus Emmanuel? Ipsa autem ratio sit, * et si cum alio nescio quo sanctorum fuisse dicatur. Ergo nobiscum factum esse dicimus Deum Verbum eo tempore, quo dicit Baruch: *In terra visus est, & inter homines conuersatus est, & omnem viam inueniens disciplina, & dans eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Ipse est enim Deus noster, & non comparabitur alius ad eum.* Baruch. 3.

Οσον μὲν ἦεν εἰς τὸ εἶναι θεός κτ' *Et quantum quidem ad Dei naturam pertinet, non erat nobiscum. multum enim inter- est inter diuinitatem & humanitatem, & ingens est nimis differentia naturarum.* Philipp. 2.

Denique etiam diuinus Dauid ad proximitatem mysticam scilicet, Deum Verbum quod nondum ad nos venerat vocabat, dicens in spiritu: *Vt quid Domine discessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?* Ergo non iam longe discessit, sed nobiscum fuit. Qui cum mansisset id quod erat, apprehendit Abrahæ semen, ut dixi. Hebr. 2.

Acceptit autem etiam seruiformam, & conspectus est homo in terra, Christus vere & Emmanuel, eundem nobis Filium designans; partim quia vnctus est more nostro, humane hominis naturæ spiritum accipiens, ut in seipso & primo; positus est enim primordium generis; rursus ut Deus, ipse est vngens sancto Spiritu eos qui in se credunt: partim quia fuit nobiscum secundum quas modo reddidi rationes, & in eo nos facit certos Isaias propheta, dicens: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel.* Isa. 7.

Cum enim sancta Virgo ex Spiritu quidem sancto prægnans esset facta, peperit autem secundum carnem Filium, tunc etiam Emmanuel dictus est. Fuit enim nobiscum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per vocem Dauid significabatur: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* Et illud opinor: *Ipse qui locutus sum, præsto sum.* Locutus enim per prophetas, ut incorporale adhuc Verbum, aduenit etiam corporaliter. Psal. 49. Isa. 52.

Quid est Iesus? CAP. III.

VI quidem intentionum, quia oporteat a nobis vnum dici Filium, tantumdem est & Christus, & Emmanuel, & Iesus, & idem vero quasi ex re nomen est factum: *Ipse enim saluabit populum suum a peccatis eorum.* Quemadmodum enim τὸ Emmanuel significabat per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei Verbum; & Christus porro, quia factus homo, vnctus dicitur iuxta Math. 1.

nos humane; ita etiam Iesus, quod saluauit nos, id est, suum populum, quod maxime eum demonstrat Deum vere, & natura omnium Dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur: deceat autem magis omnia dicere esse Unigeniti, etsi factus sit homo. Dicit fortasse aliquis: Ad quid Moysis dictus est populus Israel? Ad hoc dicimus, quod Dei quidem populus nominatus sit, & id erat vere: verum quoniam ad defectionem deductus est, & vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo. Non enim suum nominare populum dignabatur, sed eum iam homini destinauit. At nos non ita. proprii enim sumus Filii, eo quod & Deus sit, & per ipsum creata sunt omnia. Ita enim ait David: *Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus pascuæ eius, & oves manuum eius.* Denique etiam ipse de nobis dixit: *Oues mee vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Rursus: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me congregare, ut fiat unus grex, & unus pastor.* Mandabat autem etiam beato Petro: *Simon Joannis, amas me? Pasce agnos meos.*

Quam ob causam homo dictum sit Dei Verbum.

CAP. IV.

Citatur hic locus a S. Leone papa in epist. 97. ad Leonem imp. & lectus fuit in Cœc. Calched. act. 2. in fin.

1. Cor. 15.

Ioan. 3.

Ioan. 8.

Ibid.

Ioan. 3.

HOMO nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ac nos carni communicauit & sanguini. Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat; sed assumens *humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Verumtamen & in humanitate Deus remansit, & omnium Dominus, * utpote naturam & veritatem ex Deo Patre sortitus. & id nobis euidentissime sapientissimus Paulus ostendit: *Primus enim, inquit, homo ex terra de limo, secundus de celo.* Atqui Virgo sancta peperit templum Verbo vnitum: sed de celo dicitur, & recte quidem, Emmanuel. desuper enim & ex substantia Dei & Patris natum est Verbum ipse: descendit vero ad nos tunc, cum factus est homo, tamen sic quoque desuper est. Testatur autem Ioannes de eo, dicens: *Qui desursum venit, super omnes est.* Et ipse Christus etiam ad populum ait Iudæorum: *Vos de deorsum estis; ego de supernis sum.* Et rursus: *Ego non sum de hoc mundo.* Licet pars mundi, sicut homo, nuncupatus sit; sed erat cum hoc quoque supra mundum, ut Deus. Meminimus enim plane dicentem: *Et nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo, filius hominis.* Descendisse autem dicimus de celo filium hominis per vnitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & diuinæ maiestatis claritudinem.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἀνόμασαι, καὶ τοὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχον θεός, ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ὡς μετρητικῶς αἵματος καὶ σαρκὸς ἀραπλησίως ἡμῶν. ὡφθη γὰρ οὕτω τοῖς Ἰπὶ γῆς, καὶ οὐ μὴδὲς ὄψιν ἡμῶν, ἀλλ' ἐν πρῶσλήψῃ γενεῶν ὡς πῶς καὶ ἡμᾶς ἀνθρώποπιτος, τελείως ἐχρύσης καὶ ἴδιον λόγον.

* humanitatem nostram,

* al. qui natura & veritate ex Deo creatus & Patre.

Quam ob causam exinanitum dicatur Dei Verbum.

CAP. V.

PLENUM secundum naturam, & ex omni parte perfectum Deum Verbum, & distribuens ex sua plenitudine bona sua creaturæ, exinanitum dicimus, nihil in natura propria violatum, nec ut aliter se haberet commutatum, nec inferius ex vlla parte factum. Inconuertibile enim & immutabile est ipsum quoque, sicut generator ipsius, & nunquam fuit passionis vllius capax. Quod vero factum sit caro, id est homo, eo quod ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*; humanitatis paupertatem propriam fecit: primum, quia semel homo sit factus, etsi remanserit Deus; deinde, quod serui formam accepit, qui secundum suam naturam liber est, utpote filius: & cum ipse sit gloriæ Dominus, gloriæ dicitur accipere: cum sit ipse vita, viuificari dicitur: & in omnes accepit potestatem, cum sit ipse rex omnium: cum Deo simul & Patri obediens fuit, crucem est passus. Verum cum hæc quidem humanitatis mensuræ conueniant; tamen ea familiaria ducit esse cum carne, & implet dispensationem, manens quod erat.

Quomodo vnus Christus. CAP. VI.

DIVINVS Paulus scribit: *Etsi sunt dii multi, & domini multi in celo & in terra; sed nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex eo; & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum.* At vero sapientissimus Ioannes de Deo Verbo dixit, quod omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil. Euangelizabat autem beatus Gabriel sanctæ Virgini, dicens: *Ecce concipies in utero, & paries filium; & vocabis nomen eius Iesum.* Cum igitur per Christum Iesum omnia diuinus Paulus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiæ, & opificem omnium fuisse Deum euangelizet, rem veram dicens, euangelista diuinus; designet autem etiam angeli vox, vere ex sancta Virgine natum esse Iesum Christum: nec absque humanitate intelligimus Deum Verbum, sed vnum dicimus ex ambobus effectum, & Deum hominem factum; eundem ex Patre, ut Verbum, natum diuine; & ex muliere humane, ut hominem: non tamquam in secundum substantiæ initium vocatum, tunc cum secundum carnem dicitur natum; sed natum quidem ante omnia sæcula, stante tamen tempore quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. Ergo etsi alii simili appellatione vocati sunt christi; vnus tamen est, per quem omnia, Iesus Christus: non quod homo sit factus opifex omnium, sed quod Deus Verbum, per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participarit carni & sanguini, & nuncupatus sit homo, non tamen perdidit esse quod erat. Ita enim & in carne factus, intelligitur merito opifex omnium.

Quomodo vnus est Emmanuel? CAP. VII.

SEMEL nouissimis sæculis Dei Verbum homo esse dicitur factum, & sicut ait diuinus Paulus, per sacrificium suum manifestatus est. Et quodnam est sacrificium? *Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suauitatis Deo Patri: & intrauit in sancta semel, non per sanguinem hircorum & taurorum, sed per suum sanguinem.* Sic enim credentibus remissionem in æternum comparauit. Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fuere; sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Vnus igitur Emmanuel. Semel enim factus est homo Vnigenitus, tunc cum per sanctam Virginem generationem carnalem perpeffus est. Dicitur enim & ad Iesum, *quod ero tecum.* at non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyse: sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen Filio datum esse *Nobiscum Deus*; sapienter intelligamus, non ita fuisse nobiscum nouissimis temporibus, sicut aliquando dicitur fuisse cum sanctis. Illis enim erat tantum adiutor: nobiscum autem fuit, cum factus est similis nostri, cum suam non amississet naturam. est enim inconuertibilis vt Deus.

*Gr. inquit, *Quam esse dicimus adunationem.*

Τίνα, Φησὶ, λέγουμεν εἶπὼς ἑνωσιν.

CAP. VIII.

VNIO ipsa multis modis perficitur. Sciuncti enim nonnulli affectu forte & voluntate, & discordantes inter se, vniri dicuntur per reconciliationem socialem, deposita simultate. Vniri etiam dicimus ea quæ sibi conglutinantur, siue modis aliis coniunguntur, vel per appositionem, vel per admixtionem, vel per temperationem. Quoties igitur vnitum esse nostræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione vnionis eius modus videtur esse superior. Neque enim per vllum e supra scriptis modis facta est, sed ineffabilis est prorsus, & fortasse nulli penitus nota, nisi soli illi omnia scienti Deo. Nec mirum, si in huiusmodi cogitationibus vincamur, cum res nostras, quomodo se habeant, inquirentes,

Τὸ τῆς ἐνώσεως ἄρῆμα κατὰ πολλοὺς ὀπιτελεῖται ἕξοις. διηρημένοι γὰρ ἴνες καὶ διάδοισιν καὶ γνώμῃ, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἐνοδοται λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικῶν, ἐκ μέσου ποιοῦντες τὰς διαφορὰς. ἐνοδοται δὲ φημεν καὶ τὰ ἀλλήλοις κολλώμενα, ἢ ἕνωσιν σωλιεγεμενα κατὰ ἑπτοῖς ἕξοις, ἢ καὶ ἀράδοισιν, ἢ μίξιν, ἢ κράσιν. ὅταν οὖν ἐνοδοται λέγουμεν τῇ κατὰ ἡμᾶς φύσει τῆς θεοῦ λόγον, κρείττων ὀρεῖται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἐνώσεως ἕξοις. οὐ γὰρ τοι κατὰ ἕνα τῶν εἰρημῶν ἔστιν, ἀπόρρητος ὁ παντελής, καὶ οὐδὲν ἕλα τῶν ὄντων διεγνωσμένος, πλὴν ὅτι μόνω τῶ παύται εἶδὲν θεῶν. θαυμαστὸν ἔστιν, εἰ τὸ τῶν ἐνοιοῶν ἠπώμεθα ὅτε τὰ κατὰ ἡμᾶς αὐτοῖς ὅπως αὐτῶν διεβηνώμενοι, τῆς

ANNO
CHRISTI
451.

ἧς ἐνοῦσης ἡμῶν διδουσίας ἐπέκεινα
 πλὴν κατέληψεν ὁμοιομορφίην ὑπο-
 χθιν. ἵνα ἢ ἕσπον ἡνώσασαι νοομορφί-
 πλὴν τῆς ἀνθρώπου ψυχῆ πρὸ ἰδίου σώ-
 ματι; ἢ ὡς ὁ φράσαι διωάμβρος; εἰ ὅ-
 γρη, μικρὰ καὶ μέγιστος ἐνοεῖν εἰωθότας,
 καὶ λαλεῖν ἰσχύοντες, ἢ οὕτως ἰσχυρῶν,
 καὶ ὑπερνοῦντες λόγον παραφρο-
 νῶν καταπεκμηθεσάσθαι φαιδρῶν, ὅτι
 πρότερον αὐτὸ ἐνοεῖν· μέγιστος δὲ πάντως
 τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· Ἰσαύτως ἔστι
 πλὴν ἕνωσιν τῆς Ἐμμανουήλ, ὅποισιν
 πρὸ αὐτοῦ λογισμὸς ἢ καὶ πλὴν τῆς ἀνθρώ-
 που ψυχῆ πρὸς τὸ ἰδίον σῶμα. οἰ-
 κειοδοταὶ ἢ ἢ ψυχῆ τῆς σῶματος,
 καί ποτε καὶ φύσιν ἰδίαν ἀμέτοχος οὕσα
 ἢ αὐτῶν παθῶν φισικῶν τε ἅμα καὶ
 ἢ ἕξωθεν ἐπαγομένων. κινεῖται μὲν
 ἢ εἰς ὀρέξεις τὸ σῶμα φισικῶς, καὶ
 σωμαθάνεται διὰ πλὴν ἕνωσιν ἢ ἐνο-
 σα ψυχῆ· συμμέμειχθαι δὲ κατ' οὐδένα
 ἕσπον, οἷεται γὰρ μὲν ἰδίαν διπλόλαυσιν
 εἶναι τὸ τῆς ὀρέξεως ἀποτελέσμα·
 καὶ εἰ κατέπαυτο τυχὸν τὸ σῶμα,
 καὶ σιδήσθαι κατέξαινοιτο, σωμαλγῆ
 μὲν, ὡς ἰδίου πάλλοντος σώματος,
 αὐτῆ γὰρ μὲν εἰς ἰδίαν φύσιν ἐκ αὐτῆ
 παθῶν ἢ ἐπενωρημένων· πλὴν καὶ
 ὑπερνοῦντες τὸ φαιδρῶν ὅτι τῆς Ἐμ-
 νουήλ πλὴν ἕνωσιν. ἢ μὲν γὰρ αἰα-
 καὶ, τῶ ἰδίῳ σώματι σωμαλγῆ
 πλὴν ἐνωθεῖσαν ψυχῆ· ἵνα φέρου-
 σα τὰς αἰκίας, δὴ ἢ ὑποφέρῃ τῶν
 θεῶν αὐχένα. ὅτι δὲ γὰρ τῆς θεοῦ
 λόγου τὸ σωμαθάνεται ἢ αἰκίῶν
 ἀποπον εἰπεῖν· ἀπαθῆς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ
 ἐκ ἐν γὰρ ποῖς καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἡνώτω μὲν
 σαρκὶ ψυχῆ ἐχούσῃ πλὴν λογικῆ.

ultra modum nostræ mentis
 earum comprehensionem esse
 confiteamur. Quo namque mo-
 do animam hominis suo corpo-
 ri adunatam esse intelligimus?
 quis est, qui possit exprimere?
 Sed si oportet, homines, qui
 vix exigua intelligere solemus,
 & eloqui possumus, res adeo
 subtiles, & omnem intelligen-
 tiam & orationem transcen-
 dentes, coniectare; dicimus,
 quod deceat quidem cogitare,
 quamuis ipsa veritate minor
 omnino sit oratio, talem esse
 vnionem ipsius Emmanuel,
 qualem quispiam cogitare pos-
 sit, esse humanæ animæ cum
 suo corpore. Anima enim om-
 nia quæ sunt corporis, sua facit,
 licet per naturam propriam ex-
 pers sit passionum corporis,
 naturalium simul, & earum
 quæ extrinsecus accidunt. Mo-
 uetur enim corpus in concu-
 piscencias naturales; & simul
 sentit propter vnionem inexis-
 tens anima: & quamuis nullo
 quidem modo participet, ta-
 men opus concupiscenciæ de-
 lectationem propriam ducit: &
 si forte corpus percutiatur, ac
 ferro laceretur, condolet qui-
 dem, quippe cum suum corpus
 patiatur, ipsa vero in sua natura
 nihil omnino patitur ex iis quæ
 inferuntur. Tamen super hæc
 quoque dicimus esse vnionem
 ipsius Emmanuel. Necessè enim
 erat cum suo corpore vnitam ei
 animam dolere, vt dum * time-
 bat passiones, subditam cerui-
 cem Deo submitteret. De Deo
 autem Verbo, simul passionum
 sensum percipere, nefas est

* refugeret
 passiones,
 obedi-
 tem

dicere. Impassibilis enim Deus est, & nostrarum rerum longe dissi-
 milis: sed vnitus quidem erat carni habenti animam rationalem,



* in nihilū redigebat

* faciebat

qua patiente, ipse impassibiliter ea quæ animæ contingerent, cognoscebat: & pellebat quidem, vt Deus, carnis infirmitates; suas tamen eas, tamquam sui corporis, esse ducebat. Itaque efuriisse dicitur, fatigatus esse, & passus fuisse pro nobis. Ergo Verbi vnio cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus nostris comparatur. Nam sicut corpus naturæ est ab anima diuersæ, vnus tamen ex vtroque homo efficitur, & vocatur; ita etiam ex perfecta Dei Verbi subsistentia, & humanitate secundum propriam rationem perfecta, vnus est Christus, idem in eodem Deus simul & homo. Et sua quidem facit Deus Verbū, vt ante dixi, ea quæ sunt suæ carnis propria; quia ipsius est corpus, & non alterius. Communes autem facit tamquam cum sua carne diuinæ potestatis sibi inexistentis operationes, ita vt possit etiam viuificare mortuos, & sanare infirmos. Quod si opus est exemplis etiam scripturæ diuinæ adhibitis, tamquam in figuris modum vnionis demonstrare, age dicamus.

παρουσίας δὲ αὐτῆς, ἀπαδῶς ἡ ἐν εἰ-
δησί τῆς εἰς αὐτῶν μορφῶν· καὶ
ἠφανίζε μὲν ὡς θεὸς τὰς τῆς σαρκὸς
ἀδενείας, ὡκειοῦτο γὰρ μὲν αὐτὰς ὡς
ἰδίου σώματος· οὕτω καὶ πεινῆσαι λέ-
γεται & καμῆν, καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν.
ἐκουῶ ἀρεσκάζοιτο δὲ ἡ ἐνωσις τῆ
λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἐκ δό-
σκοποῦ ποῖς καθ' ἡμᾶς· ὡσαύτ' ἔτε-
ροφυῆς μὲν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυ-
χὴν, εἰς γὰρ μὲν ὅξ ἀμφοῖν ἀνθρώπος
δοτελεῖται καὶ λέγεται, οὕτω καὶ ἐν τε-
λείας ἑνωσίσεως τῆς θεοῦ λόγου, καὶ
μὲν καὶ ὅξ ἀνθρώπότητος τελείως ἐχού-
σης καὶ τὸ ἴδιον λόγον, εἰς ὃ Χριστός,
ὁ αὐτὸς ὑπαρχὼν ἐν ταυτῶν θεὸς τε
ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπος. καὶ οἰκειοῦται μὲν
ὁ λόγος, ὡς ἐφίλω, τῆς τῆς ἰδίας σαρ-
κὸς, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ ἐκ ἐφ' οὗ,
κοινοποιεῖται ὅ ὡσαύτ' τῆ ἰδία σαρκὶ
τῆς ἐνωσίσεως αὐτῶν θεοπραπίς διωά-
μεως τὴν ἐνέργειαν· ὡσεὶ διωάδαται καὶ
ζωοποιεῖν ἑστὸν νεκροῖς, καὶ ἰάδαται ἑστὸν
ἐν δὲ ῥωστίαις. εἰ ὅ γὰρ καὶ ποῖς ἐν τῆς
θεοπράσιου γραφῆς ἀραδείμασι κα-
χημῶροις, καθάπερ ἐν τύποις τῆς
ἐνώσεως καθ' ἀδείξαι ἕσπον, φέρε
λέγων μὲν.

De Carbone.

CAP. IX.

Isa. 6.

BEATVS Isaias: Missum est, inquit, ad me unum ex seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, & venit ad me, & tetigit labia mea, & dixit: Ecce tetigit labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit. Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere Verbi hominis facti:

Περὶ ἀνθρώπου.

Ο Μακάριος Ησαίας, ἀπεστάλη, Φησί, πρὸς με ἐν τῆν σεραφίμ· ἔ ἐν τῆ χειρὶ ἔχεν ἄνθρακα, ὃν τῆ λαβίδι ἔλαβεν δότ' ἑθυσιασθήει· καὶ ἦλθε πρὸς με, καὶ ἤψατο τὰ χελέων μου, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἤψατο τὰ το τῆν χελέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, ἔ τὰς ἀμάρτίας σου πεκαθαριεῖ. Φαμὲν ὅ ἀνθρακα τύπον ἡμῖν καὶ εἰκόνα πληροῦ τῆ ἐνανθρωπήσαντος λόγου.

ANNO CHRISTI 431.

ὅς εἴπῃ ἀλαγο τῆς χιλίων ἡμῶν. Τυτέστιν, ὅταν πλὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογήσωμεν πίστιν, τότε καὶ ἀπάσης ἀμάρτιας ἀποφάινει καθαροὺς, καὶ τῆς ζεχάμων ἀπαμαρτίων ἐλευθεροῖ. πλὴν ὅστιν ἰδεῖν, ὡς ἐν εἰκόνι * αἰθέρα κα, ἐνωθέντα μὲν τῆ ἀνθρώπου τῆ θεοῦ λόγον, οὐ μὲν ἀποβέβληκός τ' ἐστὶ ὁ ὅστι, * μετὰ σιχάσαντι δὲ μάλλον τὸ ληφθέν, ἤ γινω ἐνωθέν, εἰς πλὴν ἐαυτῶ δόξαυ τε καὶ ἐνέργειαν. ὄντ' γὰρ ἔσπον τὸ πῦρ ὁμιλῆσαι ξύλω, καὶ εἰς δρυκὸς αὐτὸ, κατὰ δρᾶται μὲν αὐτῶ, καὶ ἐκ ἔξιστοι μὲν τῶ ἐξ ἔξυλον, μεδίστοι δὲ μάλλον εἰς πλὴν τῶ πυρὸς ὅψιν τε καὶ δυνάμιν, καὶ πᾶν αὐτῶ τὸ ἰδίον ἐνεργάζει, καὶ ὡς ἐν ἡδὴ λελόγισται μετ' αὐτῶ, οὕτω νοήσις καὶ ἐπὶ Χριστοῦ. ἐνωθεὶς γὰρ ἀπορήτως ἀνθρώπου τῆ θεοῦ, πετήρηκε μὲν αὐτῶ τῶ δ' ὄντ' εἶναι φαιδρῶ μεμνήκε δὲ καὶ αὐτὸς ὄντ' ἴω. ἐνωθεὶς ὃ ἀπαξ, ὡς εἰς λελόγισται μετ' αὐτῶ, οἰκιοῦμεν μὲν τὰ αὐτῶ, ἐμπιήσις δὲ καὶ αὐτὸς αὐτῶ τῆς ἰδίας φύσεως πλὴν ἐνέργειαν.

Οπ τῆς ἀσωμάτου θεότητος σῶμα γέρονεν ἡ σαρκὸς ψυχῶν ἐχουσα λογικῶ. καὶ ὅπ διίσταντες ἀσώδηλων αὐτὰ, πᾶντι τε καὶ πᾶντως ἀφραλύσομεν τῆς ἐν Χριστῶ νοουμένης οἰκονομίας τῶ λόγον.

ΕΝ τῶ ἀσμάτι τῆς ἀσμάτων αὐτῶς ἡμῶν εἰσκεκόμισται λέγων ὁ κύριος ἐγὼ δῦθος τῆ πεδίου, κρίν τῆς κοιλάδων. ὡς περ οὐκ ἡ ὄσμη ἀσώματων μὲν * τὸ χεῖμα ὅστι, κέχρηται ὃ ὡς περ ἰδῶ σῶματι πῶ ἐν ὧ ὅστι, Concil. Tom. 6.

quod si labia nostra tetigerit, id est, cum fidem in ipsum confessi fuerimus, tunc nos ab omni peccato pueros efficiet, & pristinis criminibus liberabit. Ceterum tamquam in imagine licet in carbone conspiceretur unum quidem humanitati Deum Verbum, non tamen abiicisse quod est, sed potius transformasse assumptam seu unitam naturam, in suam gloriam & operationem. Quemadmodum enim ignis ad lignum accendens, & in id penetrans, comprehendit quidem ipsum, & quamvis a ligni statu ac natura non expellat, tamen speciem illius viresque transmutat, & in eo quidquid sibi proprium est operatur, & cum ipso iam quasi unum aliquid aestimatur: idem intellige & in Christo. Unitus enim ineffabiliter humanitati Deus, servavit quidem ipsam in eo quod est, & ipse permansit quod erat: semel tamen unitus, quasi unus iam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius, sua faciens; confers autem ei etiam ipse naturæ suæ operationem.

Quod incorporalis diuinitatis corpus facta sit ipsa caro, habens animam rationalem: & quod, si ea a sese diuidere voluerimus, procul dubio labefactabimus rationem dispensationis, qua in Christo intelligitur.

CAP. X.

IN Cantico canticorum ipse nobis introductus est dicens Dominus [Iesus Christus:] Ego flos campi, & lilium conuallium. Quemadmodum ergo odor res quidam est incorporea, habet autem quasi proprium corpus id in quo inest;

T ij

* τῆ δὲ Σπαι,

* μετὰ σιχάσαντι Lat.

* τῶς, &

tamen vnum ex vtroque intelligitur lilium; sed corrumpitur omnino ratio ipsius, vnius rei discessu (in subiecto enim corpore odor est) ita etiam in Christo intelligemus diuinitatis naturam, & illam excellentissimam maiestatem, vt odorem suauissimum mundo dispergeret, in ipsa humanitate tamquam in subiecto sitam; & id quod incorporale est per naturam, per vniionem dispensatoriam pene dicam factum fuisse corporale, propterea quod voluerit se cognosci per corpus. In eo enim diuina * signa operatus est. Igitur id quod incorporale est, tamquam in suo corpore conuenienter intelligi potest, quemadmodum etiam odor in flore subiecto: lilium tamen iam simul vtrumque nominatur, & odor, & flos.

* naturam diffundere propriam & supermundanam excellentiam, vt odorem suauissimum mundo, in ipsa

* opera

Quod est vnito Deo Verbo vere humanitati, inconfuse tamen substantie permanserint.

CAP. XI.

RECTVM est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, & in eo multis modis figurabatur Emmanuel. Ait enim Deus omnipotens ad diuinum Moysen: *Et facies mihi arcam testimonii ex lignis imputribilibus: duorum cubitorum est dimidii longitudinem, est cubiti est dimidii latitudinem, est cubiti est dimidii altitudinem: est inaurabis eam auro puro, extra est intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem imputribile, figura est corporis incorrupti, imputribilis enim cedrus:

Exod. 25.

πλω ἐν ἑξ ἀμφῶν νοεῖται τὸ κρί-
νϞ. κατὰ φθεῖρει δὲ πάντως Ϟ ἐπὶ
αὐτῷ λόγον ἢ ἐνὸς ὑπόστασις. ἐν
ὑποκειμένῳ ἢ ἡ ὁσμή, καὶ ἐστὶ σῶ-
μα τὸ ὑποκείμενον Ϟ, οὕτω νοήσμεν
καὶ ἐπὶ Χριστοῦ, θεότητος φύσιν πλὴν
ἰδίῳ τε καὶ ὑπερκόσμιον ὑπεροχὴν
διωδιάζει τῷ κόσμῳ κατὰ τὸ ἐν
ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρώποτι, καὶ τὸ
ἀσώματον κατὰ φύσιν, κατὰ ἑνωσιν
οἰκονομικῶν μονοουχὴν γινέσθαι καὶ
ἐν σώματι διὰ τοῦ τὸ θελεῖν ἑπιγινώ-
σκεισθαι διὰ σώματος. ἐνήργηκε γὰρ ἐν
αὐτῷ τὰ θεοπραγῆ. ἔκτου νοοῦντ' αὐ εἰ-
κότως ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τὸ ἀσώμα-
τον, κατὰ τὸ ἀμέλει καὶ ἐν ὑποκει-
μένῳ τῷ ἑαυτοῦ τῆς διουσίας τὸ χεῖμα
λέγεται δὲ κρίνϞ τὸ σωμαφό-
ρϞ.

Οὐ καὶ πρὸς ἑνωσιν θαλασσίου
συνειχθέντος τῆς λόγου πρὸς τὸ
ἀνθρώπινϞ, ἀσύγχυτα μεμιγμέ-
κασιν τὰ ἰώματα.

ΕΓΗΓΕΡΤΑΙ καὶ βούλησιν
θεοῦ κατὰ πλὴν ἔρημον ἢ ἀγία
οὐλῆν, καὶ ἰὼ ἐν αὐτῇ πολυτρόπως
μορφούμενον ὁ Ἐμμανουήλ. ἔφη
τῶν ὁ τῶν ὄλων θεὸς τῷ θεασίῳ
Μωϋσῆ. Καὶ ποιήσας κιβωτὸν μάρ-
τυρίου ἐκ ξύλων ἀσηπίων, δύο πη-
χίων καὶ ἡμίσεος τὸ μήκος, καὶ πη-
χεῖ καὶ ἡμίσεος τὸ πλάτος. Ἐπήχεος
καὶ ἡμίσεος τὸ ὕψος. καὶ κατὰ χρυσῶ-
στος αὐτῷ χρυσῶ κατὰ εἶδος, ἔξωθεν καὶ
ἔσωθεν χρυσῶστος αὐτὴν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀ-
σηπίον ξυλνείη δὲ εἰς τύπον ἑαφθα-
ρτου σώματος, ἀσηπίος γὰρ ἡ κέδρος.

ANNO CHRISTI 431

τὸ ἅγιον ἄλλων ὑπερ-
 ημετέρη, τῆς θείας ἡμῶν οὐσίας καταση-
 μλωσεν αὐτὸν πλὴν ὑπεροχῆ. ἀδρει δὲ,
 ὅπως ἐκ βωτὸς ὅλη ἐκελευσάτω χρυ-
 σίῳ κατασκευῆσαι ἑσώθεν καὶ ἔξωθεν.
 ἰώωπο μὲν γὰρ τῆ ἀγία σαρκὶ θεὸς ὢν
 ὁ λόγος· καὶ τῆτο, οἶμαι, ὅτι τὸ ἔξω-
 θεν κελευσάτω πλὴν κελωτῶν. ὅπ δὲ καὶ
 πλὴν ἐνοδοσαν τῶ σώματι ψυχῶν λο-
 γικῶν, ἰδίῳ ἐποιήσατο καταδείξειν
 αὐτὸ καὶ ἔσωθεν αὐτὸν κατασκευασά-
 σθαι ἑπιτάξαι. ὅπ δὲ ἀσύχυτοι με-
 μνήκασιν αἱ φύσεις, ἡ γὰρ ὑποστά-
 σης, ἐντεθεν εἰσομῆθα. τὸ γὰρ τοῖ
 χρυσίον ἐπαληθευμένον τῶ ξύλῳ
 μεμνήκην ὅπρ ἰω· καὶ κεπελούτῃ
 μὲν τὸ ξύλον τῆ χρυσίου πλὴν δέξω,
 πλὴν ἐκ ἀπέση τῆ εἰς ξύλον. ὅπ δὲ ἐκ
 κελωτὸς εἰς τύπον ἀραλαμβάνεται
 τῆ χειρὸς, διὰ πολλῶν αὐτὸς πρῶσε-
 ται λόγων· ἀρεβᾶδιζε γὰρ τῆ δὲ Ἰσ-
 ραήλ, ἡτοδοσα αὐτὸς ἀνάπτωσιν. ἔφη
 δέ που ἔ ὁ Χειρὸς· πορβύσμαι, καὶ
 ἐπομάσω τὸ πον ὑμῶν.

aurum vero quasi materies a-
 liis preciosior, diuinæ nobis in-
 dicat substantiæ * maiestatem. * excellen-
 tiam.
 Attende igitur, quemadmo-
 dum arca tota inaurata sit au-
 ro puro extra & intra. Vni-
 tum siquidem fuerat sanctæ car-
 ni Deus Verbum, & id est, vt
 opinor, arcam fuisse extra in-
 auratam. Quod vero & ani-
 mam rationabilem, quæ cor-
 pori inerat, propriam fecerit,
 ex hoc apparet, quod & arcam
 intra inaurari præceperit. Quod
 autem naturæ, siue substantiæ
 inconfusæ manserint, hinc di-
 scimus. Aurum enim superli-
 tum ligno, mansit id quod
 erat; & ditatum est lignum
 ipsa auri gloria, sed lignum ef-
 se non desit. Quod vero arca
 in Christi accipiatur imaginem,
 plurimis potest probationibus
 declarari. Præibat enim his qui
 sunt ex Israel, quærens ipsis re-
 quiem. Ait autem alicubi Chri-
 stus: *Abibo, & parabo vobis lo-*
cum.

*Quod cum esset Deus Verbum, factus sit homo: nec homo simpliciter
 nuda coniunctione honoratus, vocatus sit ad parem dignitatem Dei
 Verbi, siue auctoritatem, sicut quibusdam videtur.*

CAP. XII.

D IVINVS Paulus magnum quidem ait esse mysterium pietatis;
 & vere res ita se habet: *Manifestatus est enim in carne, cum sit* 1. Tim. 3.
Deus Verbum, iustificatus est autem & in spiritu. nullo enim modo
 nostris videtur infirmitatibus contineri, licet iuxta nos homo sit fa-
 ctus. *non enim fecit peccatum.* Apparuit autem & angelis: neque 1. Petr. 2.
 enim generationem ipsius secundum carnem ignorauerunt. Prædi-
 catus est autem & gentibus, quasi Deus homo factus: ita autem cre- 1. Tim. 3.
 ditus est in mundo. Probauit autem diuinus Paulus, ita scribens:
Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui Ephes. 2.
dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta,
quia eratis illo tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, &
hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in
mundo. Erant ergo gentes in mundo sine Deo, cum absque Christo
 essent. Verum quoniam agnouerunt eum, quia vere & natura Deum



esse agnouerunt, ipsæ quoque ab eo cognitæ sunt, fidem confitentes. *1. Tim. 3. Et ipse assumptus est in gloria, certe diuina. Pfallit enim beatus Dauid: Psalm. 46. Ascendit Deus in iubilo.* Ascendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate. Deus enim erat incarnatus. Credimus enim non in vnum nostri similem, deitate per gratiam honoratum, ne cultores esse hominis detegamur; sed in Deum magis, qui in serui forma comparuit, & qui vere fuit nostri similis, in humanitate tamen Deus remansit. Deus enim Verbum, carne assumpta, non deposuit quod erat. Intelligitur autem idem Deus simul & homo: & fidei quidem ratio ita se habet, & recte quidem.

Sed si forte aliquis dicat: Quid mali est, si intelligatur homo similis nostri apprehendere deitatem; ac non magis Deus homo fieri? Respondemus, mille esse, quæ e contrario possint opponi, & pene etiam nutu significantia, nos oportere reniti constanter, nec credere ita esse. Age enim, ante alia dispensationis, quæ cum carne facta est, modum cernamus, & nostrarum rerum naturam subtilius perscrutemur. Periclitata est hominis natura, & depressa malis extremis, maledictione & morte damnata, & peccati laqueis irretita, errabat & erat in tenebris; Deum nesciebat eum, qui est natura & veritate; præter Creatorem coluit creaturam. Quomodo igitur huiusmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati diuinam naturam apprehendere, quæ nesciret omnino qualis esset dignitas naturæ cælestis, cum esset ignorantia tenebris occupata, & peccati sordibus inquinata? Quomodo poterat fieri, vt apprehenderet sanctam naturam, & acciperet gloriam, quam nemo inueniet, nisi acceperit? Concedamus enim quod cognouerit fortasse, & scierit apprehendere dumtaxat; quis est qui docuerit? *Rom. 10. Quomodo enim credent, nisi audierint?* Ceterum non id est apprehendere deitatem, & conuenientem ei gloriam capere: ergo decentius sit, & recte quidem, ita sentire, quod seruare volens id quod perierat, descendens ad nos Deus Verbum, per quod omnia, in id se quod non erat immisit, vt & hominis natura id quod non erat fieret diuinæ maiestatis dignitatibus per adunationem nitescens, quæ subleuata est magis vltra naturam, quam deiicit *intra naturam inuertibilem Deum. *infra Conueniens erat, vt incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, vt eam peste liberaret: conueniens erat, qui peccare non nouerat, cum peccatoribus conformari, vt peccata compesceret. *2. Cor. 5. Quemadmodum enim vbicumque lux fuerit, caligo interit tenebrarum: ita etiam immortalitate præsentem, omnis certe pestis fugitiua discedet; & præsentem eo qui peccatum non nouit (qui etiam proprium corpus efficit quod est *in peccatum) cedit omne peccatum.* *al. im-peccatū, id est, ab-que macula.

Quod vero Verbum, cum esset Deus, factum sit homo, & non magis homo deificatus intelligatur Christus, etiam ex sacris literis enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de Vnigenito: *Philipp. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, vt esset equalis Deo; sed se exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus,*

ANNO
 CHRISTI
 431.

*& habitu inuentus vt homo : humiliavit se, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea & Deus illum exaltauit, & donauit ei nomen, quod est supra omne nomen, vt in nomine Iesu Christi omne genu flectatur, caelestium, & terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quod Dominus noster Iesus Christus in gloriam Dei Patris. Quem igitur dicemus in forma esse & in æqualitate Patris, & hæc non rapinam arbitratum, sed descendisse magis in exinanitatem, & in formam serui, & se humiliantem, & in similitudine nostra fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum & solum, quomodo is erat in forma & æqualitate Patris? vel quomodo habebat plenitudinem, vt intelligatur exinanitus? vel in qua antea positus celsitudine semet humiliasse dicitur? vel quomodo in similitudine hominum factus est, qui id erat antea per naturam, * etsi non id factus esse forte dicatur? Vbi autem magis exinanitus est, assumens plenitudinem deitatis? vel quomodo non sit factus altissimus, qui in gloriam supernam ascenderit? Igitur non hominem Deum factum dicemus; factum autem magis esse in exinanitione propter humanitatem Dei Verbum, quod erat in æqualitate Patris & forma. Exinanitum est enim hoc modo propter similitudinem nostram, cum esset plenus, vt Deus: humiliatus est propter carnem, cum a diuinæ maiestatis fastigio non discedat. sedem enim habet altissimam. factus est in similitudine hominum, cum sit eiusdem formæ cum Patre, vt cuius est figura substantiæ. Verum quoniam semel factus est iuxta nos, ascendisse dicitur & cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habebat, quasi propriam; alio tamen pacto in ea fuit propter humanitatem. Dominus enim omnium esse creditur etiam cum carne. Flectitur autem ipsi omne genu, & id non ad dolorem, vel contumeliam Patris, sed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur, dum ab omnibus Filius adoratur, licet factus sit similis nostri. Scriptum est autem rursus: *Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus assimilari.* Ecce semen Abrahamæ apprehendit; * verum quod Deus est; & non homo nescio quis nostri similes deitatem apprehendit: & ipse nobis assimilatur; & nuncupatur frater vt homo, non nos ei, quantum est ad deitatis naturam. Et rursus: *Quoniam pueri communicauerunt sanguini & carni, & ipse similiter participauit eis: vt per mortem destrueret eum, qui imperium obtinebat mortis, id est, diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per omnem vitam obnoxii erant seruituti.* Ecce iterum ipse similiter vt nos participauit sanguini & carni; & ea res causam habet coniunctissimam ac proximam. Scriptum est enim: *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum condemnauit in carne.* Attende iterum, quod non homo affectans diuinam naturam ostenditur, & ad eius dignitatem ascendens; sed mittens magis suum Filium Deus & Pater in similitudine carnis peccati, vt destrueret peccatum. Ergo Verbum, cum sit Deus, se in exinanitionem, homo factus, immisit; & non homo simpliciter diuinam gloriam affectans, Christus videtur.*

* etiam si id factus esse non dicere - tur?

* f. nimirum

Hebr. 1.

Hebr. 2.

Ibidem.

Rom. 8.

ANNO
 CHRISTI
 431.

infra

at. im-
 peccatū,
 i est, ab-
 ue ma-
 ula.

CAP. XIII.

DISPENSATIONIS incarnati Vnigeniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus, fidem rectam seruantes & veram, quod ipsum Dei Patris Verbum, qui est Deus verus ex Deo vero, & lumen de lumine, incarnatum sit, & homo factum, & descenderit, & passum sit: surrexit autem etiam a mortuis. Ita enim definiuit fidei symbolum Synodus ingens & sancta. Perquirentes autem & nos, & discere cupientes, quid sit, inquam, incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum; cernimus quod non hoc est, hominem assumere tamquam in coniunctione quæ fiat per æqualitatem dignitatis, siue auctoritatis, per solam filietatis * ὁμόνοιαν, magis autem fieri iuxta nos hominem; ita tamen vt nulla conuersio, vel commutatio subsequatur, * & subleuante pariter cum sua natura eum, qui in assumptione fuit carnis & sanguinis, dispensatione. Vnus igitur est, qui ante incarnationem quidem a diuina scriptura nominatur *Vnigenitus, & Verbum, & Deus, imago, & lumen, & figura substantia Patris, vita, gloria, splendor, sapientia, virtus, magnificentia, Dominus sabaoth, & aliis talibus nominibus, quæ vere conueniant deitati: post incarnationem vero, homo, Christus, Iesus, propitiator, mediator, primitia dormientium, primogenitus a mortuis, secundus Adam, caput corporis ecclesia, cum eum etiam nomina prisca sequantur. Omnia enim ipsius sunt & propria, & quæ sunt nouissimis facta temporibus.*

Hebr. 1.

Isa. 6.

1. Ioan. 2.
1. Tim. 2.
1. Cor. 15.
Coloss. 1.

Citatur hic locus a sancto Leone papa ead. epist. 97. vbi sup.

Coloss. 2.

Iob. 4. apud Septuaginta.

Vnus igitur est & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate remansit id quod erat, & est, & erit. Non discernendū igitur vnum Dominum Iesum Christum in hominem seorsum, & Deum seorsum; sed vnum eundemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas inconfusas inter se seruantes.

Εἷς οὖν ἄρα θεὸς ὁ καὶ πατὴρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ ἀληθῆς, καὶ ἐν ἀνθρώποισι μεμνημένος ὑπὲρ ἡμῶν τε, καὶ ἐστὶ, καὶ ἔσται. οὐ διααιρετόν ἄρα τὸ ἓνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἀνθρώπον ἰδικῶς· ἀλλ' ἓνα καὶ τὸ αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι φάρμακον, πλὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυσχέτους ἀλλήλαις προσηύχοντες αὐτὰς.

Quoties igitur litera sacra commemorat, quod in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter; non ideo dicimus, tamquam in alio Christo, in homine seorsum inhabitasse Deum Verbum; nec porro diuidentes ea quæ vnita sunt, duos intelligimus filios: illud autem magis, quod Christum nominat litera sacra & ex parte nonnquam humanitatis Dei Verbi, quam propriam* habens, in locum posuit templi. Scriptum est autem & de animabus humanis: *Inhabitantes autem domos luteas; de quibus & nos ex eodem luto sumus.* Ergo quoniam domos luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare, in duos homines vnum hominem diuidimus? Atqui non irrationabile omnino sit, si & in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo etfi per huiusmodi orationis modos figura procedat,

* facient.

ANNO
 CHRISTI
 431.

cedat, quæ aliter fieri non possit; non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore seruari. Quoties igitur quæpiam, quæ dissimilia sunt, inter se sociantur, vt collecta in adunationem per compositionem videantur; deinde alterutrum ex his in altero inhabitare dicatur, non diuidendum in duo, adunationis conuentionem minime violandam, licet suis nominibus per sese ea quæ adunata sunt, nominentur a nobis. Dicitur namque, vt ante dixi, & in homine habitare spiritus suus: verum tamen homo dicitur & seorsum spiritus, seorsum & corpus. Quid igitur nobis huiusmodi diuinus Paulus obliquam significationem commemorat? *Nam etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem.* Si quis igitur dicat, interiorem nostrum hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memorauit, ideo tamen vnum diuidere non videbitur. Ait autem alicubi etiã propheta Isaias: *De nocte vigilat spiritus meus ad te Domine.* Vtrumne tamquam alius præter ipsum, spiritus ipsius ad Deum dicitur vigilare? Nonne ineptissimum videatur? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti; sed referre magis sententiarum vim ad sensum, qui vnicique rei conueniat.

Et si dicatur proficere Iesus ætate, & sapientia, & gratia; dispensationis hic ratio est. Deus enim Verbum humanitatem more suo proficere permittebat, & quasi paulatim diuinitatis suæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam sua extendere, ne quid nouum videretur, idque nonnullos nimia nouitate perterreret; ac tum præsertim sic quoque dicerent: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Ergo corporale quidem est augmentum; & profectus gratiæ & sapientiæ, humanitatis magis mensuræ conuenit: ipsum vero Deum Verbum per suam naturam perfectissimum confitemur, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ & sapientiam, & gratiam, & bona omnia impertit. Etsi Deus passus esse dicatur, passio quidem erat dispensationis ipsius; tamen dicitur, & recte quidem, quia corpus passum est, & quod in corpore patiente erat ipse, qui pati non poterat. Impassibilis enim est vt Deus: quantum tamen ad conuicatorum petulantiam pertinuit, passus esset, si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus est Vnigenitus, quotiescumque homo nominatur a diuina scriptura, intuentes dispensationem, sic Deum ipsum natura quoque confitemur.

Exempla diuinae scripture, quod Dei Verbum & homo factum manserit Deus. CAP. XIV.

AIT alicubi Deus ad pontificem Moysen: *Et facies propitiatorium* Exod. 25. *impositione auri puri, duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti vnus & dimidii latitudinem. Et facies duos cherubim aureos ornatos, & impones illos ex vtroque latere. Cherub vnus de latere hoc, & cherub vnus de latere isto propitiatorii. Et facies duos cherubim super duo latera: erunt cherubim extendentes pennas a sursum, super-*

Concil. Tom. 6.

V

obumbrantes pennis suis super propitiatorium; & vultus eorum adiuu-
cem respicientes propitiatorium erunt. Enigma certissimum id sit,
Deum Verbum etiam in humanitate Deum mansisse, & in sua gloria
& maiestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri.
Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id au-
tem nobis comprobavit sapientissimus Ioannes dicens: *Filioli, hæc*
1. Ioan. 2. *scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, consolatorem ha-*
Rom. 3. *bemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro*
peccatis nostris. Nec non etiam Paulus: Quem proposuit, inquit, Deus
propitiatorem in fide in suo sanguine. Ceterum cerne cherubim cir-
Iſa. 6. *cumstantiam propitiatorium, superobumbrantia quidem pennis, con-*
uersa autem ad propitiatorium, & pene nutui dominico oculum in-
tendentia. Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cælestium
spirituum multitudo, & nunquam Dei fatiatur aspectu. Ita Filium
propheta Iſaias vidisse se dicit in sede altissima & eminentissima, cir-
cumstantibus seraphim, & obsequentibus ei vt Deo.

Aliud, de virga Moysis. CAP. XV.

Exod. 3. DESTINABATUR aliquando diuinus Moyses, vt Israel ab Ægy-
ptiorum violentia liberaret; verum quoniam necesse erat, eos
qui sub iugo essent seruitutis insolitæ, prius doceri quod Deus iam
esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat. Plerumque enim
miraculū nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipot-
Exod. 4. *entem: Si autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam,*
dicentes: Non apparuit tibi Deus; quid dicam illis? Dixit deinde Do-
minus: Quid est hoc, quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait
illi: Proiice illam in terram. Et facta est serpens, & fugit Moyses ab eo.
Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam, & apprehende
caudam. Et facta est virga in manu eius. Et dixit illi: Vt credant tibi,
quia apparuit tibi Dominus Deus patrum ipsorum, Deus Abraham, &
Deus Isaac, & Deus Jacob. Animaduerte in his natura & veritate
Filium Dei, tamquam si quædam virga sit Patris. Virga autem insi-
gne est regni. In Filio enim habet omnium potestatem. Denique
Psalm. 44. *etiam diuinus Dauid: Thronus tuus, inquit, Deus in seculum seculi;*
& virga equitatis, virga regni tui. Sed eam proiecit in terram,
id est, corpore terreno circumdedit, siue per humanitatem misit in
terram. Tunc enim in similitudinem factus est malignorum homi-
num scilicet. Malignitatis autem signum est serpens. Quod autem
verum sit, hinc describitur. Ipse enim Dominus noster Iesus
Christus, in imaginem & figuram dispensationis factæ cum carne,
Num. 21. *pro serpente accipitur æneo, quem erexit Moyses: Et sicut, inquit,*
Ioan. 3. *Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium ho-*
minis: vt omnes qui credunt in ipsum non pereant, sed habeant vitam
aternam. Quemadmodum enim serpens factus ex ære, salutis erat
periclitantibus causa; (sanabantur enim in eum respicientes) eo-
dem modo etiam Dominus noster Iesus Christus eis qui eum vi-
dent quidem in similitudine malignorum, eo quod factus sit homo,

ANNO
CHRISTI
431.

non ignorant tamen quod Deus sit viuificus, causa erit vitæ, & dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates. Id quoque huius rei figura sit, quod Moysis virga alias deuoraret, quas in terram magi proiecerant. Igitur virga quidem in terram projecta est, non tamen serpens remansit: resumpta autem, fuit quod erat. Nam licet facta sit, vt ante dixi, in similitudine nostra Patris virga, id est Filius, per quem habet omnium potestatem; hæc tamen impleta dispensatione reuolauit in cælum, & fuit iterum tamquam in manu Patris, virga æquitatis ac regni. Sedet enim ad dexteram Genitoris sui propria maiestate, sedes altissimas obtinens & cum carne.

Exod. 7.

Psal. 44.
Marc. 16.

Aliud, de manu Moysis leprosa, & integre sanata.

CAP. XVI.

DIXIT autem ad eum iterum Dominus Deus: Iterum infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum; & protulit manum de sinu suo; & facta est manus eius tamquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum; & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis suæ. Manum & dexteram Dei & Patris, Verbum & Filium eius diuina scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem: Ego enim manum meam firmavi calum. Nec non etiam Dauid diuinus cantat: Verbo Domini celi firmati sunt. Cerne igitur, in sinu quidem Moysis adhuc manum eius occultari, & nondum factam leprosam, prolata vero & statim leprosam factam; deinde mox illatam, & rursus prolata, & de cetero non leprosam. Restituta est enim, inquit, in colorem carnis eius. Ergo quamdiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, diuinitatis natura fulgebat: verum quoniam aliquo modo extra fuerat per incarnationem, siue inhumanationem; Factus est in similitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus est. Ait enim diuinus Paulus: Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, vt nos fieremus iustitia Dei in ipso. Hoc existimo lepra significari. Immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum fuerit in Patris sinu (assumptus est enim post resurrectionem a mortuis) prolata iterum manus videbitur munda. Adueniet enim, adueniet per tempora Dominus noster Iesus Christus in sinceritate diuinitatis & gloriæ, quamuis similitudinem nostram non proiecerit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem. Ergo quoties nobis sacræ literæ nominant Christum Iesum, ne hominem seorsum putaueris non vere adunatum ipsi Deo Verbo: sed existimaueris magis ipsum esse ex Deo & Patre Verbum Iesum Christum, cum factus sit homo.

Exod. 4.

Isa. 48.

Psal. 32.

Exod. 4.

Rom. 8.

Isa. 53.

2. Cor. 5.

Leuit. 13.

Marc. 16.

Act. 1.

Hebr. 9.

* in
manu,

Quod non erat homo Θεοφύστος Christus, nec simpliciter in homine inhabitavit Dei Verbum, sed magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum scripturas.

CAP. XVII.

QVI fidem habet in Christo immaculatam, & rectis omnium suffragiis comprobata, dicat videlicet, quod ipsum ex Deo Patre Verbum ad exinanitionem descenderit, formam serui accipiens: proprium autem sibi faciens corpus, quod est natum ex Virgine, factus sit nostri similis, & nuncupatus sit filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum, homo autem idem secundum carnem. Denique diuinus Paulus Iudæorum populum alloquebatur, dicens: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Et quonam modo intelligatur locutus fuisse Deus & Pater nouissimis diebus in Filio? Locutus est enim antiquioribus per sese legem: idcirco etiam ipse Filius suos dicit esse sermones per sapientissimum Moysen. Ait enim: *Nolite putare, quia veni soluere legem, aut prophetas. non enim veni soluere, sed adimplere. Dico enim vobis, iota vnum, aut vnus apex non transibit de lege, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Ad hoc etiam prophetæ vocem: *Ipse, qui loquebar, præsto sum.* Ergo cum factus est in carne, tunc locutus est nobis Pater in ipso, sicut ait sanctus Paulus, *nouissimis diebus.* Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille & ante sæcula Filius, intulit statim: *Per quem fecit & sæcula.* Splendorem etiam gloriæ, & figuram substantiæ Patris esse commemorat. Homo igitur factus est vere is, per quem fecit & sæcula Deus Pater; & non, vt nonnulli existimant, in homine fuit, vt tamquam homo intelligatur a nobis Deum habens inhabitantem. Nam si hæc recte se habere confidunt, superuacaneus videbitur esse beatus euangelista Ioannes dicens: *Et Verbum caro factum est.* Vbi enim opus est ** inhumanationis?* aut ** incarnatum dicitur Deus Verbum, si non factum est caro?* Similem nostri eum factum esse significat & ** vis εὐαγγελιστοῦ* hoc ** al. vox* declarat; mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, imo etiam supra vniuersam creaturam. Oportere autem existimo, ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare, & persuadere, quod factus sit homo Vnigenitus, & sit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabitavit in homine, ** deiferum ipsum efficiens, tamquam & alios qui diuinitatis ipsius fuere participes.* ** Suscipit*

Quod Emmanuel Christum Deum in se habitantem habuerit aliter quam nos. CAP. XVIII.

2. Cor. 6.
ex Leuit. 26.

Apoc. 3.

Ioan. 14.

2. Cor. 6.

AIT alibi Deus de nobis: *Inhabitabo in ipsis, & inambulabo; & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Nec non etiam ipse Dominus noster Iesus Christus: *Ecce ego venio, & si quis mihi aperuerit, intrabo & ego & Pater, & mansionem apud ipsum faciemus, & apud eum cœnabimus.* Nominati autem sumus etiam templa Dei: *Vos enim,*

ANNO
CHRISTI
431.

inquit, *estis templum Dei vivi.* & rursus: *Nescitis, corpora vestra templum esse Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo?* Verum si ita aiunt & ipsum esse Emmanuel, & tamquam vnumquemque nostrum, inhabitantem in sese Deum habuisse; aperte confiteantur, & cum ipsum adorari conspiciunt tam a nobis quam ab angelis in cælo pariter & in terra, erubescant, tamquam diuersa sentientes, & literarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt hi, qui in principio & viderunt, & ministraverunt Verbo. Sin autem dicant, quod propterea Deus sit, & vt Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitaret Dei Patris Verbum, ac non propterea, quia factus sit homo; audient rursus a nobis: Si in eis, qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est vt idcirco vere dii esse possint, & ab omnibus adorentur, omnes sunt dii & adorandi. inhabitat enim in sanctis angelis: habuimus autem & nos ipsum in nobis per Spiritum. sed non sufficit hoc natura deos ostendere, & adorandos eos qui habent Spiritum: igitur non propterea Deus est adorandus Emmanuel, quod inhabitavit in eo, tamquam in homine communi, & seorsum intelligendo in partem, Domini Verbum; sed quod factus sit caro, id est homo. mansit enim idem & Deus & adorandus.

Dicta apostolica, in quibus Deus nominatus sit Christus.

CAP. XIX.

I.

DE mysterio (dicens secundum Christum) quod aliis, inquit, *gentibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis eius, quibus voluit reuelare diuitias gloriæ mysterii huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus.* Si igitur est theophorus, ac non Deus vere, quomodo ipse est diuitiæ gloriæ mysterii, quod annuntiat gentibus? vel quomodo omnino Deus annuntiat?

Aliud.

CAP. XX.

II.

VOLO enim vos scire, *qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodicea, & quicumque non viderunt faciem meam in carne: vt consolentur corda ipsorum, instructi in caritate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Christi.* Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi; & plene intelligere quosdam vult imaginacionem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri quod inhabitavit in homine Deus? Opus enim nimio intellectu, vt scias contra, quod Verbum, cum sit Deus, factum sit homo.

Aliud.

CAP. XXI.

III.

AVobis enim sonuit sermo Domini, *non solum in Macedonia & Achaia, sed in omni loco, fides vestra qua est ad Deum, exiuit.* Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicit: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Nam sermonem Domini, prædicationem dicit de seipso.

Aliud.

CAP. XXII.

IV.

1. Thes. 2.

IPSI enim scitis introitum nostrum ad vos, quomodo non inanis fuit: sed ante multa passi, & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, confissi sumus in Deo nostro loqui ad vos euangelium Dei. Ecce loquens in Deo, Dei euangelium memoravit, qui prædicat gentibus Christum.

V.

Aliud.

CAP. XXIII.

Ibid.

VI.

Ibid.

RECORDAMINI, fratres, laborem nostrum & arumnam: nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus euangelium Dei inter vos. Et iterum: Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus Dei, excepistis non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Nonne euidenter euangelium Dei, & Dei verbum, prædicationem de Christo commemorat? Quippe id omnibus manifestissimum est. Apparuit enim

VII.

Tit. 2.

gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc saculo: expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce Deus & magnus planissime nominatus est Dominus noster Iesus Christus. Ipse est enim, cuius aduentum gloriæ expectantes, sobrie viuere & irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo theophorus, quomodo sit magnus Deus? vel quomodo beata est spes in eum? siquidem verus est propheta Ieremias, dicens: *Maledictus qui spem suam ponit in hominem.* Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut ante dixi, Deum portare. Denique doceant nos, quid impediatur, alios etiam omnes deos esse & adorandos, qui in se habuerint Deum; Deum autem & magnum, & beatam habentem illuminationem, Christum nominat beatus Paulus, qui inuenitur dicens de Iudæis & de Emmanuele: *Quorum patres, & testamentum, & promissiones, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sacula seculorum, amen.* Quod vero secundum diuinam reuelationem, perspicuum fit, ipso dicente: *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum reuelationem; & exposui eis euangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.* Christum prædicans gentibus ut Deum, diuinum nominat ipsius vbique mysterium. Ascendit per reuelationem Ierosolymam, & exposuit his qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, siue discipulis; ne forte in vacuum currat, aut cucurrit. Cum vero ab Ierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendauitne aliquid ex prioribus? Nonne perseverauit, Deum confitens Christum? Atqui scribit quibusdam: *Miror, quod sic cito transferimini ab eo qui vos vocauit, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes conuertere euangelium Christi.* Ait idem iterum: *Sed & snos, aut angelus de calo euan-*

Ierem. 17.

Tit. 1.

VIII.

Rom. 9.

Galat. 2.

angelus de celo euan-

Galat. 1.

IX.

Ibidem.

angelus de celo euan-

gelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. Pro qua igitur causa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum prædicabat Iesum, sicut Deum?

Aliud.

CAP. XXIV.

X.

SCRIPTVM est de Christo: *Cum autem esset in Ierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat.* Ipse autem Iesus non credebat se illis, quia ipse sciebat omnes, & quia non necesse habebat ut aliquis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Si homo esset tantum theophorus, quomodo non decepti sunt multi, qui Ierosolymis in nomine eius crediderunt? Vel quare solus cognoscit quæ sunt in homine, cum præfertim nemo alius sciat? Finxisse enim Deus dicitur corda nostra singularim. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim: *Quia potestatem habet filius hominis in terra remittere peccata.* Quare solus præter alios affessor est Dei & Patris? quare soli obsequuntur angeli? Et nos quidem docuit communem putare Patrem, qui est in cælis; sibi autem eum specialiter ascribit. Sed forte dices, quod huiusmodi voces inhabitandi deputandæ sint. Nonne igitur eum oportebat, iuxta prophetis conuenientem mensuram, ipsum quoque dicere: Hæc dicit Dominus? Verum cum ea quæ sunt supra legem, sancire vellet, assumens sibi conuenientem legislatoris auctoritatem, aiebat: *Ego dico vobis.*

Quomodo liberum se ait, & non obnoxium Deo? Ideo, quia est Filius veritate. Et si esset homo theophorus, esset ne etiam liber secundum naturam? Solus enim Deus liberat, quia solus est. Solus enim quasi tributa omnium exigit, & tamquam loco debitorum, ab omnibus recipit religionem. Et si exitus legis & prophetarum Christus est, est autem homo theophorus, nonne dicere liceat, quod prophetarum prædicationum exitus *ἀνεροπολατρείας* crimen nobis induxerunt? Deinde quidem lex prædicabat: *Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruias.* qua nos eruditione perducit ad Christum, quasi ad agnitionem illius, qui in vmbri fuerat posteriorum? Spernentefne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Vbi enim præstabilius erat Deum intelligi, in cælo magis, an in homine? in seraphim, an in terreno corpore? Si erat homo theophorus, quomodo perinde ac nos participauit carni & sanguini? Nam si, quia inhabitavit, hoc ei sufficit, ut nostra similiter ac nos participaret (id est, hominem factum esse) inhabitauit & in multis sanctis; homo igitur non semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo semel in consummatione sæculorum, id est, in destitutionem peccati, per hostiam suam dicitur apparuisse? Quomodo vnum nobis Verbi aduentum prædicant diuinæ scripturæ, si theophorus erat homo? Templum scilicet & ipse factus est Dei, quomodo etiam in nobis Christus est? Sicut templumne in templis, an ut Deus magis in templis per Spiritum? Si theophorus erat homo, cur est solius ipsius corpus viuificum? Oportuerat enim aliorum

Ioan. 2.

Psal. 37.

Matth. 9.

Marc. 16.

Matth. 4.

Matth. 23.

Matth. 5.

Ioan. 8.

Rom. 10.

Matth. 4.

ex Deut. 6.

Hebr. 2.

Hebr. 9.

etiam corpora esse talia, in quibus inhabitavit Deus omnipotens.

Hebr. 10.
ex Deut. 17.
& 19.

Scriptit autem alicubi etiam diuinus Paulus: *Irritam faciens quis legem Moysi, sine ulla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur*: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Atqui diuina erat lex, & mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem Christi? Vel quomodo potior est religione quæ est secundum legem, fides in Christo? Sed, ut iam ante diximus, est non similis aliorum sanctorum homo theophorus, sed Deus magis vere, & omni mundo celsiorem possidet gloriam; quod cum Deus sit natura Dei Verbum, factum est caro, siue homo perfectus. Animatum enim & rationale esse quod adunatum est corpus, & credimus, & vera omnino est adunatio.

Quomodo oportet intelligere: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. & quomodo mittitur Verbum, quod Deus est. & quomodo proprium ipsius dicitur corpus.

CAP. XXV.

Hebr. 2.

Ioan. 1.

SEMEM Abrahæ apprehendisse Verbum Dei vnigenitum, beatus Paulus commemorat: nec non etiam, quod propemodum ac nos participarit carni & sanguini. Memores autem sumus etiam vocis Ioannis. ait enim: *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Idne igitur fuit propositum viris spiritalibus docere, quod Dei Verbum conuersionis sit patiens? aut quod cum fas sit commutationem, quæ magis creaturæ conueniat, sustinere? adeo ut in id quod non erat forsitan, aut sua sponte deueniat, aut, ut alius, contra ipsius uoluntatem ad aliam naturam impellatur? Absit. Manet namque idem, a sua natura commutationem omnem excludens, & conuersionis umbram nesciens pati. Fixa est enim semper in suis superna illa cælestisque natura. Quomodo igitur Verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem diuina scriptura carnem plerumque nominat, & quasi ex parte, animalis totius significationem facit, nec non etiam a sola anima interdum tantundem ait. Scriptum est enim:

Luc. 3.
Galat. 1.
Deut. 10.
Gen. 46.
Ab. 7.

Quod uidebit omnis caro salutare Dei. Et ipse diuinus Paulus: *Non consensi*, inquit, *carni & sanguini*. Alloquutus est autem eos qui sunt ex Israel, pontifex Moyses: *In septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum*. Sed non idcirco dixeris, quod nudæ & sine carne animæ in Ægyptum descenderint; nec porro, quod inanimis corporibus & solis carnibus salutare suum Deus indulerit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligimus ex anima & corpore factum. Est autem Verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum & rationale; idque sibi vere adunauit, (quomodo, ipse scit: nostris enim sensibus huiusmodi cogitationes omnino *cerni non possunt) & nuncupatus *percipi est filius hominis. Sed si oportet tamquam in speculum intuentes dicere, coniectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse Verbum

bum

ANNO CHRISTI 431.

bum corpori habenti animam rationalem, qualiter etiam hominis animam suo corpori, ipsam quidem diuersæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationemque cum corpore, vt pene videatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex vtroque animal vnum efficiatur; manet tamen ipsa, vt ante memorauimus, in sua natura. Ergo non per commutationem, aut conuersionem hominem factum dicimus Dei Verbum, nec prorsus quod Deus esse desierit; sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex vtero adunatus, exiit homo idem simul & Deus: neque Dei & Patris generationem arcanam proiciens, sustinuit ex muliere, inde initium vt esset accipiens; permittebat autem carni propriæ naturæ suæ legibus nasci, secundum natiuitatis rationem dumtaxat. Ceterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile. Natus est enim ex virgine, & solus matrem habet innuptam. Factum autem etiam ipsum carnem, & in nobis inhabitasse commemorat, vt vtroque comprobaret, & factum fuisse hominem, & suum non perdidisse. Mansit enim quod erat.

Νοεῖται γὰρ πάντως ὡς ἔφη ἐν ἐπέ-
 ρῳ, τὸ κατὰ τοῦ σώματος, ὅτι ἐστὶν ἡ θεία φύ-
 σις ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ οὐ παροῦσα
 φυρμὸν, ἢ ἀνάχυσιν ἕνα, & μετέ-
 σασιν πλὴν εἰς ὅσον ἐκ τῶν. τὸ γὰρ ἐνοικεῖν
 ἐστὶν λεγόμενον, ἐκ αὐτῶν γέγονεν
 ὅσον ὅτι τὸ ἐν ᾧ κατὰ τοῦ σώματος, νοεῖται
 ὅτι μᾶλλον ἔφη ἐν ἐπέρω. ἐν δὲ γε τῇ
 φύσει τῆς λόγου & τῆς ἀνθρώπου φύσεως,
 μόνῳ ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῆς
 φύσεως τὸ διάφορον, εἰς γὰρ εἰς ἀμ-
 φῶν νοεῖται Χριστός. ἐκ τῶν τὸ ἀσύγ-
 χυτον δὲ μάλα περὶ τῆς φησὶν ἐν
 ἡμῖν ἐπιλωκέναι τὸν λόγον. ἕνα γὰρ
 υἱὸν οἶδε μονογενῆ σαρκὶα γυόμε-
 νον, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γεννητὸν.

& hominem. * * & carnem femoris eius, cum luctaretur cum eo, & dixit ei: *Dimitte me; ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, nisi benedixeris me.* Et post alia: *Benedixit autem eum ibi, & vocauit nomen loci illius, Faciem Dei. Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ascendit autem sol, cum transit faciem Dei; ipse autem titubabat femore suo.* Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim videtur Iudæorum obluetationem, qua utebantur in Christo, pene cum ipso luctantes; qui tamen superati sunt, & ipsi etiam impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum nouissimis temporibus se conuertissent. Attamen illud certe homo erat, qui luctabatur cum Iacob, cum Dei faciem nominabat. neque id solum: nam sciebat eum Deum esse veritate: *Vidi*

Concil. Tom. 6.

X

Citatur a S. Leone eadē epist. 97. & in Concilio Calched. act. 2. in fin.

* vtraque

Defunt aliqua. Gen. 32.

Ibidem.

percepti

enim, inquit, Deum facie ad faciem, & saluata est anima mea. Deus namque est natura Emmanuel. Dicitur etiam facies Dei: nam est figura substantiæ Patris. Ita se vocabat apud Iudæos, cum diceret de Deo & Patre: *Neque * faciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens; quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Quod vero Deus verus sit homo ille qui luctabatur cum Iacob, sacra litera iterum faciet fidem. *Dixit enim, inquit, Dominus ad Iacob: Surge, ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres a facie Esau fratris tui.* Reuertens enim ex Mesopotamia, deinde timens Esau, traiecit Iacob pueros & omnia vasa sua; subremanfit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

Aliud. CAP. XXVI.

BEATVS Daniel horribilem nobis visionem exponens: *Videbam, inquit, in visione noctis, & ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniens, & vsque ad vetustum dierum peruenit, & in conspectu eius adduxerunt eum: & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum; & omnes populi, tribus, & lingue ipsi seruiunt: potestas eius, potestas in æternum, qua non transgredietur, & regnum eius non corrumpetur.* Audis quemadmodum non hominem se vidisse simpliciter commemorat, ne vnus ex nobis & iuxta nos Emmanuel esse credatur, sed quasi filium hominis? Cum enim Verbum natura sit Deus, in similitudine hominum fuit, & inuentus est habitu vt homo, vt in eodem vtrumque intelligatur; & neque homo nudus, nec Verbum absque humanitate vel carne: tamen ei principatum & honorem, quem semper habebat, datum esse commemorat. Ait enim, quod *omnes populi, tribus & lingue ipsi seruiunt.* Cum igitur etiam in humanitate positum vnigenitum Dei Verbum, seruientem habeat creaturam, & Patris principatum & suum; peperit autem secundum carnem ipsum sancta Virgo, quomodo non intelligitur sancta Virgo *Deorum*?

De Christi passione; & quod vile sit, quod secundum aliud & aliud de vno & eodem dicitur, nec diuidimus in duo.

CAP. XXVII.

SANCTVS Paulus salutarem passionem nobis exponit. Ait namque: *Nunc gratia Dei pro omnibus gustauit mortē.* Nec non etiam: *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi; quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die.* Ad hoc etiam sapientissimus Petrus: *Christo, inquit, passo pro nobis carne.* Cum vnum igitur credamus Dominum nostrum Iesum Christum, id est, in humana forma conspectum, siue hominem factum iuxta nos Deum Verbum; quoniam modo & passionem ipsi deputemus, & impassibilem seruemus vt Deum? Ergo passio quidem dispensationis erat, sua quidem ducente Deo Verbo ea quæ sunt propriæ carnis, propter inenarrabilem vnitatem; manente vero extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertinet. Impassibilis enim Deus est. Neque id mirum, cum & ipsam animam hominis videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem,

ANNO
 CHRISTI
 431.

quantum pertinet ad naturam suam; at tamen non extra passionem esse intelligi, eo quod proprium sit corpus ipsius, quod patitur: & licet incontigua sit & simplex, tamen id quod patitur, non alienum est. Sic intelliges etiam de Christo omnium Salvatore. Ut autem exemplis, quæ quasi per ænigmata nobis possunt ostendere, quod communicarit quidem passioni Unigenitus, quantum pertinet ad

* *aliquid*

familiaritatem corporis sui; manserit autem passionis expers ut Deus. Denique Deus omnipotens prodigia sapientissimo Moyse iubeat efficere, ut crederet ei Israel quod esset missus a Deo, & ut a violentia liberaretur. At autem: *Et accipies aquam de flumine, & effundes super terram, & erit aqua, quam accipies a flumine, sanguis super terram.* Inquinus autem, quod aqua quidem figura sit vitæ, & quod sit per naturam vita Filius, ex Patre tamquam ex flumine exiens eiusdem substantiæ. Ratione itaque omnia viuificat. Sed cum aquam, inquit, effuderis super terram, erit sanguis. Ergo cum factus est caro de terra, id est, quando e terra carnem sibi circumdedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passus, licet per naturam sit vita.

Exod. 3.

Exod. 4.

In Leuitico autem pollutum quidem & immundum leprosum esse significat, ita quod eum de castris eiici præcipit oportere: & si sanus fuerit a morbo, hoc eum pacto purgare. *Et accipient purgati duos pullos mundos, & lignum cedrinum, & coccum, & hyssopum; & præcipiet sacerdos, & occident pullum vnum in vas fictile, in aqua viua; & pullum, qui viuit, accipiet illum, & lauabit in sanguine pulli occisi in aqua viua, & asperget super eum, qui purgatus est a lepra, septies; & mundus erit.* Reddit quidem nos mundos, & pollutionum sordes abluat, & carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis preciosissimus Christi, & purgatio baptismatis sacrosancti. Ceterum illud aspice. Omittentes enim scriptorum vim subtiliter examinare, quod mysterio expediat in præsentia memorabimus. Pulli duobus comparat Christum, non quod duo sint Filii, sed quod vnus potius ex duobus, ex diuinitate & humanitate in vnitatem collatus. Mundi autem pulli. neque enim fecit peccatum Dominus noster Iesus Christus, sed erat Verbum sanctum & diuinitate & humanitate. Volucris vero comparatur, quod quasi in sublimi sit super terram, & a cælo desuper. A cælo enim est homo Christus, licet carnem sancta Virgo pepererit. Quomodo igitur desuper de cælo? Deus enim Verbum, quod est desuper & ex Patre, carnem ex Virgine sancta accipiens, & eam suam propriamque existimans, tamquam si eam desuper de cælo detulisset, dicebat: *Et nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de celo filius hominis.* Ea enim quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit: adunatum vero semel iam cum ipsa, vnum scilicet æstimabitur. Ceterum vide, occiso vno pullo, lauari quidem alterum eius sanguine, tamen non emori. Et quid hoc sic? Viuebat enim Verbum, licet sua caro fuisset emortua, & communem passionem esse ducebat propter adunationem & familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur ipse quidem viuit ut Deus: corpus vero tamquam proprium faciebat,

Leuit. 13.

Leuit. 14.

1. Pet. 2.

Ioan. 3.

& in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur & necessarium est, si in vno Christo id accipiamus, quod secundum aliud & aliud de vno eodemque constituatur, & quod in duo diuidi non permittatur, licet diuersa inter se, & minime conuenientia acta esse dicantur. Est autem tale, quod dico. Natum esse secundum carnem ex muliere dicimus Deum Verbum, quamuis omnibus ipse præbeat nasci, & ad natiuitatem, quæ nondum nata sint, vocet, secundum aliud & aliud. Natus est enim, eo quod homo nostri similis intelligatur: vocat autem ad natiuitatem omnia, eo quod natura sit Deus. Scriptum est autem de ipso: *Puer proficiebat, & confortabatur, & implebatur sapientia & gratia*; cum natura sit perfectus vt Deus, & ex sua plenitudine spiritualia sanctis impertiat; & ipse sit sapientiæ dator & gratiæ. Quomodo proficit puer, & sapientia impletur & gratia? secundum aliud & aliud. Cum sit enim idem ipse homo simul & Deus, propter vnitatem quidem propria ducit humana; est autem perfectus, & sapientiæ & gratiæ dator, vt Deus.

Lnc. 2.

Nuncupatus est etiam primogenitus & vnigenitus. Sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est qui est inter fratres plurimos primo genitus: vnigenitus vero, vt vnigenitus, non iam primogenitus, nec inter plurimos fratres. Et est ipse & hoc & illud. Et quomodo? Ergo secundum aliud, & aliud. Primogenitus enim, vt inter plurimos fratres, propter humanitatem: Vnigenitus porro idem, vt solus ex solo Patre natus & Deo. Sanctificatus fuisse dicitur per Spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes. Baptizatus est secundum carnem, qui in Spiritu sancto baptizabat. Quomodo igitur idem & sanctificat & sanctificatur, & baptizat & baptizatur? Secundum aliud porro & aliud. Sanctificatur enim humane, sic etiam baptizatur: sanctificat autem diuine, & baptizat in Spiritu sancto.

Cum ipse suscitaret mortuos, resurrexit a mortuis: & cum sit per naturam vita, viuificari dicitur. Hoc quoque quonam modo? Secundum aliud nempe & aliud. Ipse enim resurrexit quidem a mortuis, & viuificari dicitur secundum carnem; viuificat autem & suscitatur a mortuis, utpote Deus. Patitur, & non patitur, secundum aliud & aliud. Patitur autem humane, eo quod homo sit: impas-

Αὐτὸς ἐγήγερται τῶν νεκρῶν, ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται· καὶ ζῶν καὶ φύσιν πυχρῶν, ζωοποιεῖσθαι λέγεται. καὶ πῶς τῶτο; κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐγήγερται μὲν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιεῖσθαι τε λέγεται κατὰ σαρκί, ζωοποιεῖ δὲ καὶ ἀνίστην τῶν νεκρῶν ὡς θεός. πάρα καὶ οὐ πάρα, κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο· πάρα μὲν γὰρ ἀνθρώπινως σαρκί, κατὰ ἀνθρώπου· ἀπαθὴς δὲ ὅτι θεικῶς ὡς θεός.

* excitatus quidem est a mortuis,

* humane

Ioan. 4.

Philipp. 2.

fibilis autem diuine manet vt Deus. Adorauit ipse nobiscum: Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus. Adest etiam adorandus. Flectitur enim ipsi omne genu. Hoc quoque secundum aliud & aliud. Adorat enim, quia naturam assumpsit quæ

ANNO
CHRISTI
431.

debeat adorare: adoratur autem porro idem, quasi maior adorante natura, eo quod intelligitur Deus.

*f. nos

Adoratione vero non est diuidendum in hominem seorsum, & Deum seorsum: nec vero tamquam Deo coniunctum æqualitate dignitatis & diuisis substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem, (id enim extremæ impietatis plenissimum est:) sed vnum adorandum hominem factum & incarnatum Dei Verbum; ita tamen, vt credamus corpus ei adunatum, animam iuxta *habuisse rationalem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere tam a nobis, quam a sanctis angelis adorari. vnus est enim, qui est introductus in orbem terrarum. Et si introductionis modum curiosius perferutemur, carnalis dispensationis mysterium inueniemus. Introductus est autem in orbem terrarum tunc, cum factus est homo, licet natura sua distare ab orbe longissime videatur, & in diuinitatis eminentia vere esse credatur. Alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit Deus. Vnus tamen, vt ante dixi, adorandus est, & tunc cum in multis fuerit fratribus. tunc enim propterea dictus est primogenitus. Vnum Filium adorauit cæcus a natiuitate sua, cum præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam cum inuenisset eum, inquit, in templo Iesus, dixit: Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit: Quis est Domine, vt credam in eum? Christus vero ei seipsum cum corpore demonstrabat: Et vidisti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Vides, quod singulari numero vtatur, non permittens Deum & hominem seorsum intelligi? Imo vero, & si quis hominem nominauerit Emmanuelem, minime quidem communem hominem significauit, sed Dei Verbum adunatum nostræ naturæ: sicut vnum hominem adorauere beati discipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: Vere Filius Dei es. Si vero hominem cum Deo coadorari dixerimus, diuisionem spatiosissimam inducemus. *Συ* enim semper, quod Latine est, Cum, si in significatione vnitatis quæ est per compositionem, ponatur, duo omnino cogit intelligi. Quemadmodum enim nemo sibi conuiuere dicitur, neque concœnare, aut coadorare, vel coambulare (duarum enim personarum significationem inducit præpositio verbo præposita) ita etiam si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane Filios dicit, & eos esse disunctos. Vnitatis enim ratio si in sola dignitatis æqualitate siue auctoritatis intelligatur, non esse vera conuincitur: idque a nobis iam pluribus ante probatum est.

Aduersus illos qui aiunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana. CAP. XXVIII.

GARRIUNT nonnulli de carnis dispensatione Vnigeniti, & venerabile & magnum ac supernis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam saluati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulcritudinemque veritatis, cum eos oporteat si quid non recte habere videatur, roborare conari, sed & magis in-

spicere subtili acutoque mentis oculo sacrarum propositum literarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ patres sanctissimi examinarunt, qui sancti Spiritus illuminationibus eruditi sanxere nobis symbolum fidei. Dicunt autem, ipsum, quod ex Patris substantia inæstimabiliter natum est, Deum Verbum, per quod omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra, propter nos homines & nostræ salutis causa descendisse, carnem factum, passum, ascendisse in cælum venturum per tempora, iudicare viuos & mortuos. Verum nonnulli sunt, doctos se esse scientesque opinantes, & supercilio & tumore inflati, qui si hæc verba audierint, derident, & ea quæ tamquam recte sunt dicta, deliramenta magis existimant; cum præsertim credamus, illuminatione Spiritus sancti patuisse sanctis patribus scientiam veritatis. At illi, tamquam si soli possint meliora sentire, non ipsum existimant vnigenitum Dei Filium, quod est ex substantia eius Deum Verbum, passum esse sua carne pro nobis humane, licet eo quod Deus intelligitur, in sua natura habeat vt pati non possit: hominem autem seorsum & separatim eum ponentes, qui est ex sancta Virgine procreatus; deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt Verbo Dei & Patris: & rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt a Deo æqualitatem dignitatis siue auctoritatis, & vt simili appellatione & Christus & Filius dicatur & Dominus. Sin vero etiam passus esse aliquid dicatur homo qui ab ipsis excogitatur, oportere aiunt in ipsum Deum Verbum referri, eo quod coniunctus sit ipsi æqualitate dignitatis, cum naturis diuersis vnusquisque id sit, quod est.

Matth. 4.
Ioan. 4.
Matth. 14.
Ioan. 19.

Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valuero, sacrarum literarum exempla proponens. Esuriit Christus, itinere fatigatus est, dormiuit, ingressus est in nauculam, pulsatus est a ministris verberibus, a Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mixtum felle ori eius obtulerunt; gustauit autem & mortem cruce, passus & alia conuitia Iudæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorant; referri vero in Filii * veri personam. At nos credimus, sicut in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem, ita etiam in vnum Dominum nostrum Iesum Christum Filium eius. diuidere vero seorsum in hominem Emmanuelem recusamus, & seorsum in Verbum. Scientes autem, quod Verbum factum sit iuxta nos homo, vere ipsum eundemque dicimus Deum de Deo; humane vero hominem iuxta nos ex muliere. Affirmamus autem, propter familiaritatem carnis quidem eum infirmitates fuisse perpeffum; seruasse vero naturæ suæ impassibilitatem, eo quod non homo erat solum, sed idem etiam Deus natura. Et quemadmodum erat proprium corpus ipsius, ita etiam naturales corporis & inculpabiles passiones, nec non ea quæ ei illata sunt petulantia nonnullorum. Patiebatur autem impassibiliter, qui non idcirco se humiliavit, vt esset tantum similis nostri; sed quia, vt ante dixi, naturæ suæ, vt istis omnibus superior, seruasset. At si diceremus, quod per con-

* al. Dei

ANNO
CHRISTI
431.

uersionem vel commutationem naturæ suæ in naturam transferit carnis, necesse erit omnibus modis nos vel inuitos confiteri, arcanam diuinamque naturam fuisse passibilem. Sin autem manserit incommutatus, licet iuxta nos homo sit factus, & est proprium cælestis naturæ, vt pati non possit; deinde per adunationem ipsius fuerit corpus passibile patitur corpore patiente, eo quod ipsius fuisse dicitur proprium; manet vero ipse impassibilis, eo quod ipsius est porro proprium, vt pati non possit. Et si glorificatus est Emmanuel per passionem, vt ipse dixit, cum pro nobis preciosam crucem esset passurus: *Nunc glorificatus est filius hominis; cur passionis gloriam homini tribuentes solam habenti coniunctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non erubescunt? Nam, sicut ipsi existimant, coniunxit sibi secundum voluntatem Patris & complacitum, hominem: similiter & eum suæ gloriæ parem effecit, & concessit vt simili appellatione Christus & Filius & Deus nominetur & Dominus. Ergo neque incarnatum est vere Verbum, nec prorsus homo est factum; & forte etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum patiatur detrimentum. Aut enim dicant, imo magis procedant in medium, probaturi, quod coniunctionis, quæ ab ipsis inducitur, modus habeat vim, & idem Verbum hominem factum: aut si ea non ita habere existimant, quare coniunctionis nobis inconiunctæ modum excogitant, veritate neglecta; cum deceat eos dicere, humanitati nostræ adunatum fuisse Dei Verbum & Patris? Ita enim carne quidem propria intelligitur passus humana; quantum vero pertinet ad diuinitatis naturam, molestiæ omnis expers, vt Deus.*

Quod vero relationem nominantes, quæ nescio quo modo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant Emmanuel, quodque cum vix vnum sanctorum efficiant prophetarum, & quod inter mensuras constituent plurimorum, in eoque procul dubio capiantur, probabo porro, diuinæ scripturæ ponens exempla. Murmurabat aliquando in deserto aduersus Moysem & Aaron populus Israel, dicens: *Vtinam mortui essemus, percussi a Domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carniū, & edebamus carnes vsque ad satietatem.* Dicit deinde sapientissimus Moyses (erat enim consequens tam temere impatientes confutare:)
Nos autem qui sumus? neque enim aduersum nos est murmuratio vestra, sed aduersus Deum. Regnabat autem per illa tempora etiam Deus omnipotens per sanctos prophetas in populo Israel. Illi autem in hoc etiam pusillanimes accedebant ad diuinum Samuel, dicentes: *Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis: & nunc constitue super nos regem, qui iudicet nos, sicut & cetera gentes habent.* Molestè quidem nimis ferebat id propheta. Ait autem Deus omnipotens: *Audi vocem populi, sicut locutus est ad te: quia te non spreuerunt, sed me, ne regnem super eos.* Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis apostolis: *Qui recipit vos, me recipit.* Nec non etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur: *Venite benedicti Patris mei, percipite partem vobis regnum a constitutione mundi.* Probitatis vero ipsorum mores familiariter agnoscens de his, quibus bene consultum fuerat ab

Ibid.

ipsis: *Quamdiu feceritis*, inquit, *uni horum minimorum, mihi fecistis*. Ecce in his relationis modus qualis sit cognoscitur. Vehementer murmurabat aduersus Moysen & Aaron populus Israel, & res quidem hæc habet relationem in Deum: erant tamen Moyses & Aaron homines similes nostri. Eodem pacto etiam in aliis intelliges, quorum nuper fecimus mentionem: sed erant quidem, vt ante dixi, sancti & admirabiles homines, homines tamen similes nostri. Eone igitur modo etiam homo Deo Verbo coniunctus, vt illi aiunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo iam non sit homo communis, & seorsum, & aliud nihil? Ergo non est vere Deus Emmanuel, non vnigenitus Filius, non Deus secundum naturam. Deinde, quam ob causam nemo aliorum a Deo Verbo honoratus est æqualitate dignitatis, siue auctoritatis; solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt; maxime cum Deus saluator omnium non iudicat ad personam, sed iustum iudicium, sicut ipse commemorat?

*Matth. 22.**Ioan. 5.*

Quare ergo confidet solus? quomodo veniet iudex obsequentibus angelis? Quare autem solus tam a nobis, quam a supernis principibus adoratur? Sed valde, * inquit: te enim quoque id agere inuenimus. Passim enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuis passionem, licet impassibilem serues vt Deum. At nos, vir optime, cum prius adunauerimus Verbum & hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassibilem vero vt Deum seruauimus. Nam licet factus sit similis nostri; attamen scire debemus cælestium dignitatum, & diuinæ eius eminentiæ maiestatem. Præmissa igitur vnitatem ea, qua quasi aliquo fundamento fidei præiacto, carne quidem passum esse confitemur, mansisse vero extra passiones; quippe cum in se habeat vt pati non possit. Sin vero in partem ponamus Deum & hominem, naturas a se diuidentes, & secundum solam relationem dicamus Deum Verbum sua duxisse ea quæ corpori contigerunt; Moyses quippe & Aaron modum habebit is, qui ex sancta Virgine procreatus Emmanuel, quod est interpretatum, *Nobiscum Deus*. Ergo & ipsi per prophetas sanctos dicant: *Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas: faciem autem meam non auerti a confusione sputorum*. Porro: *Infoderunt manus meas & pedes meos, numerauerunt omnia ossa mea*. Et porro: *Dederunt in cibum meum hyssopum, & in siti mea obtulerunt mihi acetum*. Ipsi omnia hæc Vnigenito attribuimus, quæ pro nobis dispensatorie carne passus est, secundum scripturas. Viuifica enim eius passione nos sanati sumus, & infirmatus est propter peccata nostra ipse; impassibilem vero eum natura esse cognoscimus. Nam si, vt dudum dixi, idem homo est simul & Deus, sunt quidem certe humanitatis eius passiones: porro Dei proprium est, vt impassibilis intelligatur. Hæc ita sentientes seruabimus pietatem, & per rectas cogitationes & sensus ad cælestis vocationis palmam peruenimus in Christo, per quem, & cum quo, Deo & Patri gloria cum Spiritu sancto. Amen.

*Matth. 7.**Isa. 50.**Psal. 21.**Psal. 67.**Isa. 53.*